

45

adeundus. et non dicat sufficienter ecclesia. quoniam superior presertim in te  
 tali decreuit et iubet. Tristimo proinde quod si mitteret ad papam frater  
 iste nec sic obedire iussioni sue vellet. Est apud narratio es patrum  
 de quodam gloriante in abstinentie singularitate. Quod remedium inuene-  
 runt patres. Ligauerunt ipsum tanquam fatuum et certe iam ipse talis talis  
 erat. Compulerunt uti latissimis cibis. et vino ad saturitatem aut nau-  
 seam. Qui tandem sanatus est a presumptioe vel arrogantia singula-  
 ris abstinentie. et sequenter a vanitate et piculo insanie liberatus.  
 Tradit beatus bernardus quod non habet diabolus machinamentum ma-  
 ius ad perditionem querentium placere deo quam si suadet currere indiscre-  
 te. quatenus qui currit incurrat periculum et proceps ruat. Vocatur hoc  
 demonium meridianum quoniam sub specte magni boni et singularis profectus  
 incidit quis in magnum malum. Et quod maius malum quam inobedientia  
 que peccatum ariolandi. id est ydolatriam a domino nominat. Preterea di-  
 cit apostolus. Si esca mea scandalizat fratrem meum non manducabo car-  
 nes in eternum. Quantomagis si abstinentia tua o frater scandalizat  
 fratrem meum non ex pusillis. sed patrem et maiorem ve tibi timendum est.  
 Itaque non expedit tibi tristare patrem tuum. non presumere esse ad illum  
 non tollere te sibi cui te voto tradidisti. hoc rapina est. hoc sacrile-  
 gium. Dicam tibi in veritate nec mentiar. si de duobus malis alterum  
 esset faciendum. vel comedere carnes in die veneris sancta cum renisu  
 conscientie timorate. aut abstinere a vino contra preceptum obedientie ra-  
 tionabiliter imposita proferre primum. quia secundum non ideo ut malum  
 sed ut bonum deberet impleri bibendo vinum. Alioquin cum pertinaci  
 renisu non staret salus. ubi aliud perpetrando cum sequenti humili pe-  
 nitentia comedens carnes saluaret. Denique si forte dicturus es mo-  
 ueor lege spiritus sancti. vide si spiritus sanctus est dissentiois deus. vide  
 si quilibet professus regulam ita diceret quanta profusio sequeretur. vide si suf-  
 ficienter doces exceptionem a regula generali. quam et secundum quam profes-  
 sus es. Sed formido ne faciam verba mea surdo. nisi quod non iam tibi  
 sed patribus pro te loquor. et forte pro ceteris in posterum si quod auertat de-  
 us occurreret casus talis.

**¶** Quod propria voluntas nocet toti congregationi. ca. iiii.

f